

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

trum verò, seu verè, seu ad sensum, nos occupemus; relinquuntur ergò stellis duæ regiones reliquæ, secundùm quas gemino respectu situs earum consideratur, nempe aut respectu intermedij seu diametri Mundi, aut respectu superficiæ extremæ.

1. *De situ seu loco siderum aspectabili seu æstimato sub fixis.*

Ac situs quidem sideris respectu diametri mundi rem ipsam propius attinet, situs verò respectu superficiæ solam ferè visionem.

Cùm enim omne, quod videtur, certo angulo radiorum lucidorum marginibus rei visæ ad centrum oculi confluentium, comprehendatur & videatur: tum demum sidus rectè nos vidisse, hoc est obseruasse putamus, cùm angulum visionis accuratè fuerimus dimensi. Angulos verò metitur circulus ex anguli puncto descriptus. Et est ille ingens circulus, seu spherica superficies extimi mundi descripta ex hoc puncto nostrorum angulorum visoriorum, hoc est ex Terra; quia spatiolum, quo abest superficies, nostra alumna, ab ipsissimo mundi centro in tanta vastitate planè euanescit. Conficitur ergò, vt spherica superficies extimi cœli adhibeatur à nobis ad dimetiendos angulos visorios, in nostro oculo conformatos: & contra, vt anguli nostri visorii situm stellarum respectu superficiæ mundi sufficienter arguant. Est enim & hæc consideratio gemina. Primùm dicitur in sequentibus, stellas cum certa sua à nobis distantia non posse cerni oculis. Itaque inter sidera nobis valdè propinqua, & illa in remotissimo orbe fixa, causa loci non distinguimus, nisi alterum ab altero tegatur. Itaque hoc pacto coniunctiones errantium cum fixis notamus oculis. Quo igitur angulo cernuntur duæ fixæ, erroribus binis coniunctæ, eodem angulo, eodèque arcu circuli maximi, anguli visorij mensore, dicimus & ipsos erroneos respectu superficiæ distare. Ita, quo angulo cernuntur extremi margines Solis, vel Lunæ distare, hæc esse dicitur magnitudo Solis vel Lunæ. Adeoq; hinc Sol & Luna æquales putant, quâuis Sol Lunâ multis